verba ⁊ opa: qz ex abũdantia cozdis os loquit. Et qõ coz cõ-
Matth.12.c. cipit/man⁹ opat. Idẽ est ergo ac si dicat: nõ tm̃ cozde cogitã-
do ⁊ credendo confitebit tibi: sed ⁊ oze confitebit/⁊ ope obse-
quet tibi. Ro.x.b. Cozde credit ad iusticiã: oze autẽ cõfessio
fit ad salutẽ. Sed hec duo etiã nõ sufficiũt nisi sequat opatio.
Jaco.ij.c. Quid pde
rit fratres mei si fidem
17.q.1.c.1. q̃s dicat se hãe: opera
aũt non habeat: Et in
Vt ista offerẽt eodem.d. Fides sine
opibus mortua ẽ. Hę
aũt relicte cogitatiõis
die festũ agũt dño: cũ
verba ⁊ cogitatiões ⁊ opera ab omni opere seruili. s. a peccato
cessant ⁊ deo vacant. a Uouete/ergo in baptismo/abre-
nũciãtes sathanę ⁊ omnib⁹ pompis eius. Gen.xxviij.d. dicit
de iacob: q̃ significat christianũ in baptismo supplantantẽ dia-
bolũ/q̃ votũ vouit dño/dicẽs: Si fuerit de⁹ mecũ ⁊ custodi-
erit me ⁊c. erit mihi dñs in deũ. b Et reddite dño deo
vestro/qõ vouistis. c Oẽs qui ĩ circũitu ei⁹ affertis
munera. i. o vos gentiles q̃ in circũitu terrę sanctę habitãtes
vosipsos vultis deo offerre. Esa.xix.d. Cogscẽt egyptij dñm
et colẽt eũ ĩ muneribꝰ: ⁊ vota vouebũt dño ⁊ soluẽt. Afferti/
dico/munera terribili/Uel/Uouete et reddite terri-
bili/q̃ miracula apl'oꝝ quę fecerũt/audiẽtes: Sicut de mira-
culo facto in morte ananię ⁊ saphirę dicit Act.v.b. q̃ fact⁹ est
timor magn⁹ ĩ vniuersa ecclesia: ⁊ in oẽs qui audierũt hęc. Et
infra.c. Nemo audebat se cõiungere illis: sz magnificabat eos
plus. Nec tm̃ populares: sed ⁊ reges: Vñ addit: e Et ei
qui aufert spiritũ pncipũ/ p̃ stupore ⁊ timore mirabiliũ
opũ suoꝝ. f Terribili apud oẽs reges trę: Hoc glosat
id qõ p̃missũ est: Aufert spm̃ pncipũ. Hoc accidit in plu-
rib⁹ q̃ nõ tm̃ pterriti: sed etiã cõuersi fuerũt. iij. Regl.x.a. Ui-
dens regina saba. i. ecclesia de gentib⁹: omnẽ sapiẽtiã salomo-
nis. i. christi: ⁊ ordinem ministrantiũ. i. apl'oꝝ ⁊c. non habebat
vltra spiritũ.

Doraliter * vt dicit dominus/Luc.xv.b. Gaudium erit in cęlo super
vno peccatore pnitentiã agente. Job.vj.a. Erat proximum
Secũ aliam translationẽ pascha dies festus iudęorũ. Numeri.xxviij.a. sup illud: Ho-
stias meas obseruate in diebus festis meis: dicit Glo. Puto
per singulos fideles qui conuertunt ad deũ/⁊ in fide proficiũt
festiuitas oritur domino. Item in ipsa Glo. Lętant angeli ad
quoꝝ festiuitatẽ accedũt pueri. Itẽ super illud Mũeri.xxix.
a. Affligetis animas vestras: dicit Origenes. O mira festi-
uitas/dies festus vocat animę afflictio. Ut ergo faciam⁹ do-
mino iugem solẽnitatem: id est continuã pnitentiã/hortatur
vt voto nos affligamus: nec quãdoq̃ relinquamus pniten-
Q vota sint reddenda tiam: Unde addit: a Uouete: hoc est consiliũ. b Et
reddite: hoc est pręceptũ: id est si vouistis reddite. Deut.
xxiij.d. Cum votũ voueris domino deo tuo/nõ tardabis red-
dere: quia requiret illud domin⁹ deus tuus: ⁊ si moratus fue-
ris/reputabit tibi in peccatum. Eccs.v.a. Si quid vouisti/ne
moreris reddere. Prouerb.xx.d. Ruina est homini deuota-
re sanctos: et post vota retractare. Numeri.xxx.a. Si quis
virozũ votum domino vouerit: aut se cõstrinxerit iuramento/
non faciet irritum verbũ suum: sed omne quod pmisit imple-
Ps.65. bit. Ps. Reddam tibi vota mea quę distinxerunt labia mea:
⁊ locutum est os meũ in tribulatione mea. Hoc dico/facite/ c
Omnes qui in circũitu eius affertis munera. q.d. ac-
cedite vsq̃ ad me/vouẽtes p̃m meũ cõsiliũ: vt ad meũ exẽplũ
viuatis in voluntaria paupertate/⁊ perpetua castitate/et per-
Ps.11. fecta obedientia: ⁊ non circũeatis totam mũdi. Ps. In circũ-
itu impij ambulant. In hoc etiam circũitu offerunt munera
domino/dantes aliquãdo elemosynã/vel ieiunãtes/vel orã-
tes: et ita seruire volunt domino a longe: nec volunt vsq̃ ad
ipsum accedere: vt in ipsum totam sollicitudinẽ suam proijci-
ant: ⁊ pro amore eius mundi circũitum relinquant. Hoc fecit
petrus ⁊ docuit/dicens/Matth.xix.d. Ecce nos relinquim⁹
omnia ⁊ secuti sumus te ⁊c. j. Pet.v.b. Omnẽ sollicitudinem
vestram pijcientes in eum: quoniã ipsi cura est de vobis. Au-

gustin⁹. Proijce te in deũ: non em̃ tam crudelis est vt se sub-
trahat/et te cadere permittat. Uel/Reddite/ vota vestra:
omnes qui in circũitu eius affertis munera. Hoc
dicit q̃busdã q̃ post votũ suũ circũeunt hinc ⁊ inde quęrẽtes
occasiões ⁊ dilatiões/q̃si de⁹ cui fecerũt votũ nõ videret in-
tentionẽ eorum. Et si
non vultis hoc facere
ex amore puro/saltem
moueat vos timor/vt
huiusmodi vota facia-
tis et reddatis. d
Terribili/ domino/
qui terribilis appare-
bit in iudicio eis qui hic nolũt eum sequi. Heb.x.k. Horren-
dum est incidere in manus domini. Sap.vj.a. Horrende et
cito apparebit vobis: quoniã iudiciũ durissimũ his qui p̃sunt
fiet. Nolite ergo ambire pręlationẽ: sz subijcite vos deo per
obedientiã: quia sicut ibi Sap.vj.a addit: Exiguo concedet
misericordia: ⁊ potentes potenter tormenta patientur. Nu-
meri.xxv.a. Tolle cunctos principes populi ⁊ suspende eos
cõtra solem in paribulis. Ibi Glo. Hoc hoies si attenderẽt:
pręlationes non ambirent: Et si non timetis eum propter
futurum iudiciũ: saltẽ quia interdum se vindicat in pręsenti/
ipsuz timete: Unde addit: e Et ei qui aufert spiritum
pncipũ: id est facit eos mori subito: Sicut cõpertũ est de
multis principib⁹ ⁊ pręlatis/q̃ subito mortui sunt. Daniel.
v.g. Deũ qui habet flatum tuum in manu sua/non glorifica-
sti. Esaię.xxij.f. Expellam te de statione tua: ⁊ de ministerio
tuo deponam te. Eccli.x.b. Omnis potentatus vita breuis.
Esa.xxij.e. Quasi pilam mittet te domin⁹ in terrã latam et
spaciosam: ibi morieris ⁊c. Unde propter hoc saltem deberẽt
eum timere: qui terrena diligunt/ Unde addit: f Terribi-
li apud oẽs reges terrę: id est qz ⁊ eos a regno in p̃senti
expellit: ⁊ ĩ futuro rediget in carcerem inferni: et similiter om-
nes terrena diligentes: ⁊ p̃cipue clericos ⁊ pręlatos: qui cum
debeãt esse reges ⁊ rectores animaꝝ/neglectis animabus/re-
ges terrę se fecerũt: quia solũ terrenis regendis intendũt. Ut
ergo ista caueatis/vouete ⁊ reddite: triplex votum sum-
mę vitę factum/ summę trinitati. s. votum obedictię/terribi-
li ⁊ reuerendo patri. Job.xxv.a. Potestas ⁊ terror apud ip-
sum est. Et votum castitatis/spirituisancto: qui aufert spi-
ritum pncipũ: id est dęmonũ. Luc.xj.c. In digito dei
eijcio dęmonia. Et votũ paupertatis/filio terribili apud
reges terrę: quia ipse pauperrim⁹ fuit in hac vita: ⁊ diuites
et reges terrę iudicabit in futuro. Ps. Cũ accępero tempus Ps.74.
ego iusticias iudicabo. Sap.vj.a. Audite reges ⁊ intelligite/
discite iudices finium terrę/ qui contineris multitudines: et
placetis vobis in turbis nationũ: quoniã data est a domino
vobis potestas: ⁊ virtus ab altissimo: qui interrogabit opera
vestra ⁊ cogitationes scrutabit: quoniã cum essetis ministri
regni illius/nõ recte iudicastis: nec custodistis legem iusticię:
nec p̃m volũtatem eius ambulastis.

Expositio Ps.LXXVI.

Uoce mea ⁊c. Titulus. In finem pro idithum
psalmus asaph. In p̃cedenti psalmo egit ꝓphe-
ta cõtra assyrios: id est iudęos ⁊ superbos: Hic agit de
humilib⁹ christianis: qui sunt asaph ⁊ idithum. Asaph em̃ in-
terpretat collectio aut cõgregatio: Et idithũ interp̃tat trãsi-
liens eos: Et significat vtrũq̃ ecclesiã fideliũ in vnam christi
fidem ⁊ amorem collectã ⁊ vnitam: et ista transitoria transi-
lientẽ ⁊ contemnentẽ. Unde is est sensus tituli. Psalmus
iste/ est asaph: id ecclesię fideliũ: agẽs pro idithum: id est
de transiliente: in finem/christum. Intentio est monere nos
vt omnia p̃sentia transiliamus ⁊ ad illum curramus toto coz-
de q̃ est finis ⁊ brauiũ vitę nostrę. Modus est: qz q̃tuor sunt Partitio psalmi
partitiões. Primo ostẽdit quõ ipse trãsilitẽs oia/deũ quęrit ⁊
inuenit. Secũdo deliberat an sit eũ reductur⁹: id est redemp-
tur⁹: ibi: Anticipauerũt. Tertio dicit q̃d deliberãdo inue-
nerit: ibi: Et dixi. Quarto exponit quę in mundo operat
christus: ibi: Uiderunt. Ostendit ergo asaph quomodo
deũ quęrit

deũ quęrit.ſ. orando. Unde dicit: a Voce mea ad dñm clamaui. Oſtendit aũt orationẽ ſuam eſſe diſcretã/cum dicit: Voce: qz vox eſt hominũ rationalium: Irrationalium enim nõ eſt vox: ſed potius vlulat⁹. Exo.xxxij.d. Vlulat⁹ belli audit in caſtris: dicit de illis q̃ ludebant corã vitulo. Itẽ oſtendit eam eſſe ꝓprią/nõ vicariã/cum dicit: mea/non aliena: contra eos q̃ ponũt vicarios: et cõtra eos quib⁹ ſufficit audire horas ſuas ⁊ nõ curãt dicere: De quib⁹ in Pſ. Os habent et nõ loquent. Itẽ ſunt quidã q̃ clamãt voce nõ ſua: qz mutant vocẽ i diuerſas voces. Queruli enim habẽt vocẽ milui. Eſa.xxxiij.d. Illic congregati ſũt milui/alit ad alterũ. Murmuratores ſo phythonis. Eſa.xxix.a. Et erit q̃ſi vox phythonis de ẽra vox tua. Itẽ detractores/draconis. Apocl.xiij.c. Loquebat vt dracco. Itẽ ſuꝑbi/leonis. Eſa.xxj.c. Clamauit vt leo. Itẽ litigatores/maris. Hiere.vj.f. Vox eius q̃ſi mare ſonabit. Ideo dicit: a Voce mea. i. hũana/nõ beluina. Tertio oſtendit orationẽ ſuã eſſe rectã/cũ dicit: b Ad dñm: nõ ad baal. iij. Regl. xviij.e. Inuocabãt nomẽ baal a mane vſq̃ ad meridiẽ/dicẽtes: Baal exaudi nos. Baal/ſupior: id eſt plãtus: qui pot dare ꝓbẽdas. Ad hũc clamat longo tempore ꝓ obſequia ⁊ munera ⁊ adulationes. Sed ſequit ibi: Et nõ erat vox q̃ reſpõderet. Quarto oſtendit orationẽ ſuã eſſe deuotã/cũ dicit c Clamaui. Clamor enim ſignũ ẽ deuotiõis. Hoc eſt ꝛ ſuſurrãtes horas ſuas: Leuit. xix.c. Non eris ſuſurro in ꝓplo. Eſa.lviij.a. Clama ne ceſſes: q̃ſi tuba exalta vocẽ tuã. ſ. orãdo i eccleſia: Et etiã ꝓdicando/corde/ore/ope. Quito oſtendit eã eſſe cõtinuã/cũ repetit: d Voce mea. j. Theſſal. v.d. Sine ĩtermiſſiõe orate: in omnib⁹ grãs agite. Itẽ ſpũalẽ/cũ dicit: e Ad deũ. Eſa. lv.b. Derelinquat impi⁹ viã ſuã: ⁊ vir iniqu⁹ cogitatiões ſuas ⁊ reuertat ad dñm ⁊ miſerebit eius: ⁊ ad deũ noſtrũ qm̃ mult⁹ eſt ad ignoſcendũ. Itẽ fructiferam/cũ dicit: f Et intendit mihi. Pſ. Prope eſt dñs oib⁹ inuocãtib⁹ eũ in ꝟitate. ſ. vitę. In falſitate enim vocat eũ hypocrita: ⁊ ipe nõ ẽ ei ꝓpe. Sap. j.b. Spũſanctus diſciplinę effugiet fictũ. Unde bene hic dicit: Et intendit mihi: Mõ dicẽ/verb meis: ſz mihi. ſ. vitę meę. Gen. iiij.a. Reſpexit dñs ad abel ⁊ ad munera ei⁹. Quia ergo intẽdit dñs: clamandũ eſt ad eũ: maxime homi qui videt periculũ tẽptationis iminere: vel cũ ſe iam in peccatũ incidiſſe cognoſcit: Sic puer videns colubrũ/clamat ad matrẽ. Peccatũ eſt coluber tortuoſus: de quo Job. xxvj.d. Obſtetricante manu eius/ eductus eſt coluber tortuoſus. Propter hoc dicit: Eccl⁹. xxj.a. Quaſi a facie colubri fuge peccata. Quia ergo ꝓ/ſto eſt dominus exaudire/clamare debemus: aliter imputabit nobis ſi victi fuerimus. Unde Deut. xxij.d. dicitur: Si virgo corrumpat ⁊ non clamauerit rea eſt: ſi ꝟo clamauerit/innocẽs erit: Quia fidelis anima ſi videat inſtantẽ diabolum vt eam corrumpat per peccatũ: ſi non clamat ad deũ/rea eſt peccati. Si autẽ clamat/ſtatim adeſt ſponſus qui illam ęlat. Si ꝟo tacens corrumpi ſe ꝑmittat/vindicabit ſe de adultera. Prouer. vj.d. Zelus ⁊ furor viri non parcet in die vindictę. Nota q̃ clamor ſeu vox multiplex eſt:

Pſ.115. Multi clamant voce nõ ſua

Pſ.144.

Pſ.65.

Eſt vox ſeu clamor
- Cordis: Exo.xiiij.d. Quid clamaſ ad me? Daniel. xiij.e. Exclamauit voce magna ſuſanna.
- Oris. Pſ. Ad ipſũ ore meo clamaui: ⁊ exultaui ſub lingua mea.
- Operis. Job. v.f. Ipſa opera q̃ ego facio teſtimoniũ phibent de me.
- Sanguinis. Gen. iiij.b. Vox ſanguis fratris tui abel clamat ad me de terra.
- Lachrymę. Eccli. xxxv.c. Mõne lachrymę viduę ad maxillam eius deſcẽdũt: ⁊ exclamatio eius ſup deducentẽ eas?
- Citharę. Daniel. iij.a. Hora qua audieritis ſonitũ tubę ⁊ fiſtulę ⁊ citharę/cadentes adorate ſtatuã aureã quã cõſtitui vobis.
- Animę. Apocl. vj.c. Vidi ſubtus altare dei animas interfectorũ propter verbũ dei: ⁊ ꝓpter teſtimoniũ quod habebant: ⁊ clamabant voce magna.
- Mortuorum. Baruch. iij.a. Deus iſrael audi nũc orationẽ mortuor iſrael. Poſtea oſtẽdit tempus orõnis ſuę/dicẽs: g In die tribulationis meę deũ exãſiui. Et modũ quęrendi oſtẽdit/cum addit: Manibus meis. Et locum/cum dicit: Nocte contra eum: id ẽ/corã eo: ſicut habet alia littera. Et fructũ/cũ addit: Et nõ ſum deceptus. Bene autẽ cõiungitur dies/⁊ tribulatiõis: quia diabolus temptat aduerſis vt contriſtet: lętis vt diſſoluat. Cõtra vtrũq̃ remedium eſt: vt dicit Berũ. inter ad uerſa gaudere. Item dicit/ h Vocę: nõ alienę. Hiere. ij.f. In tẽpore afflictionis ſuę dicunt: ſurge et libera nos. Item ipſa tribulatio dies dicitur: quia illuminat. Eſa.xxviij.e. Vexatio dabit intellectum audiui. Pſ. Et nox ſicut dies illuminabit. i Deum/non hominem purum. Hiere.xvij.a. Maledictus qui confidit in homine. k Exquęſiui: id eſt valde queſiui vel extra quęſiui quem intus non habui. Cantl. iij.a. In lectulo meo per noctes quęſiui quem diligit anima mea: quęſiui illum et non inueni: ſurgam ⁊ circumibo ciuitatem: id eſt petam ſuffragia eccleſię. l Manibus: id eſt elemoſynis/vel aliis bonis operibus: ſicut cęcus qui manu temptat viam. Non ſolum vocibus: ſicut hypocritę: qui dicũt ⁊ non faciũt. j. Timoth. ij.c. Leuantes puras manus in oratione. Eccli. vij.d. Datũ brachiorũ tuorum offeres dño. m Nocte/ignorantię: vel etiã culpę. Eſa.xxvj.b. Anima mea deſiderauit te in nocte. Vel: nocte/ad litterã: quãdo eſt tempus aptũ ad orãdum. Pſ. In die mãdauit dominus miſericordiã ſuam: ⁊ nocte canticũ eius: Quia in die vacare debemus operibus miſericordię. ſ. ꝓdicationi vel elemoſynis: ⁊ in nocte cõtẽplationi. Threñ. ij.f. Conſurge/ lauda in nocte/ in principio vigiliarũ effunde ſicut aquã cor tuũ ante cõſpectũ domini. Pſ. Media nocte ſurgebã ad cõfitendũ tibi. n Contra eum: id eſt coram eo: vel obuiam ei: ſicut pauperes petituri elemoſynã exeũt contra regem venientem. Amos. iiij.d. Pręparare in occurſũ dei tui. o Et non ſum deceptus: qz q̃ quęſiui/inueni. Sap. j.a. Querite illũ: quia inuenik ab his qui nõ temptant illum: apparet illis qui fidem habẽt in illũ. Pſ. Mõ ſũt fraudati a deſiderio ſuo. E contra mũdus omnes decipit. Eſa.xxxvj.b. Ecce confidis in baculo iſto arundineo cõfracto. Et poſſet aliquis quęrere: quare in tribulatione tua non quęſiſti remediũ ⁊ ſolatium ab hominib⁹? Reſpondet/q̃ non eſt faciẽdũ. Uñ ſubiũgit: quaſi reſpõdens: p Renuit cõſolari anima mea. q.d. licz in tribulatione poſitus liberari a deo petam: tamẽ conſolationẽ humanã recuſo ⁊ temporalẽ cum Job. vj.b. qui dicit: Soluat manũ ſuam ⁊ ſuccidat me: et hęc mihi ſit cõſolatio vt affligens me doloze nõ parcat. Et qui vult a dño conſolari oportet q̃ renuat aliam conſolationem. Unde Berũ. Delicata eſt diuina conſolatio: nec concedit admittentibus alienã.

a b c d e f g h k l m n o p

v Oce mea ad dominũ clamaui: ⁊ voce mea ad deũ ⁊ intendit mihi. In die tribulatiõis meę deũ exquiſiui manib⁹ meis / nõ cte ⁊ contra eũ: ⁊ non ſũ decept⁹. Renuit conſolari anima mea:

Vl. tet vox
Vl. ⁊ intẽdit
Vl. ⁊ coram eo
Vl. ⁊ Regem
Vl. ⁊ aliaz m

Pſ.118.

Pſ.77.

Pſ.138.

Pſ.41.

Pſ.121.

Septem cõſolant tristiciã
- Munera. Tob. j.c. Cõſolabat eos tobias: diuidebatq̃ vnicuiq̃ ꝓut poſſet de facultatib⁹ ſuis.
- Verba. j. Theſſal. iiij.d. Itaq̃ cõſolamini inuicem in verbis iſtis.
- Fides. Pſ. Lętatus ſũ i his quę dicta ſunt mihi in domũ dñi. j. Pet. j.b. Credẽtes exultabitis lętitia inenarrabili.
- Pręſentia amicor. Eſa.xxxix.a. et. iiij. Regl. xx.c. Lętatus eſt eęchias in aduentu eorum.
- Rumor nouor. Gen. xlviij.a. Dictũ ẽ ſeni: Ecce filius tuus ioſeph venit ad te: q̃ ꝓfortat⁹ ſedit i lecto.
- Amor. Nullũ enim maius ſolatiũ q̃ amari ⁊ amare. Gen. xxiiij.g. Iſaac intantũ dilexit rebeccã vt dolorẽ q̃ ex matris morte acciderat tẽperaret.
- Spes. Heb. vj.d. Fortiſſimũ ſolatiũ habeam⁹ q̃ cõfugimus ad

Matth. 23.a

cõfugimus ad tenendã ꝓpositã spem. Et vnde habuerit con/
solationẽ aperit/cũ subiũgit: a Memor fui dei: in cõtem
platiõe. b Et delectatus sũ: in dei memoria. Quid mi/
rũ: Quia sapida ẽ valde. Osee. xiiij. d. Memoriale tuũ sicut
vinũ libani. Eccĩ. xxiiij. c. Spiritꝰ meus sup mel dulcis: ⁊ hę/
reditas mea sup mel ⁊
fauũ: memoria mea in
generatiõe ⁊ generati/
onẽ. Eccĩ. xlix. a. Me
moria iosię in cõposi/
tione odoris. Iosias
interpretat/in quo est
sacrificiũ: id ẽ christꝰ.
c Et exercitatus
sum: in actione. q. d. de cõtemplationis arce descendi in agrũ
actionis: vt probationẽ dilectiõis ostenderem: quia probatio
dilectionis/ exhibitio est operis. Nec propter actionẽ peni/
tus intermisi cõtemplationẽ: Sed d Et defecit spiritus
meus/ prę nimia cõtemplatione ⁊ claritate solis iustiçię: sicut
oculi solem intuentes deficiunt. Esa. xxxviij. c. Attenuati sunt
oculi mei suspicientes in excelsũ. Sic accidit discipulis in trãs/
figuratione: Matth. xvij. a. Quia videntes claritatẽ ⁊ audien
tes dei vocẽ/ceciderũt ĩ facies suas. Vel sic: a Memor fui
dei ⁊ delectatus sum: et ꝓpt hoc/ exercitatus sum/ ad
cõtemplationẽ. q. d. quia ibi inueni delectationẽ: ideo frequen
ter ad idem redij: sicut leccator qui sentit odorẽ coquinę/ nõ li/
benter elõgat se ab ea. Itẽ ad hoc oportet se exercitare. Sicut
pueri exercent se/ qñ incipiunt ire: ⁊ auiculę ad volandum: ita
animꝰ homis debet se exercitare ad eundũ ⁊ volandũ in cęlũ/
cogitatiõe ⁊ desiderio/ quasi duobus pedibꝰ vel duabus alis.
Alia etiã lra fm Augl. notabilis: q̃ habet: Memor fui dei
⁊ delectatꝰ sũ ⁊ garriui. Qui bñ memor esset dei ⁊ delecta
ret in deo/ garriret: nõ ȯ scurrilibꝰ et iurilibꝰ: sz de deo ĩ p̃dica/
tione ⁊ exhortatione/ ⁊ cũ deo in oratione. Sicut ex nouitate
temporis garriunt aues/ et maxime philomena: ita homo qñ
renouatus est spiritu mẽtis suę/ debet esse philomena dei: ⁊ ita
garrire sp laudes dei. Philomena dicit a philos qȯ ẽ amor:
⁊ mene quod est defectus: quia ardẽter amat: et p̃ amore defi/
cit: Sic qui deum ardenter amat: deficit spiritus eius q̃ non
potest sustinere delectationem et consolationẽ quam infundit
deꝰ. Vñ sequit: d Et defecit spiritꝰ meus. Cant. v. b.
Anima mea liquefacta est vt dilectus locutus est. Loquitur
animę: quãdo cõsolationẽ ⁊ delectationẽ infundit. Et ibidem:
Nunciate dilecto: quia amore langueo. e Anticipaue/
runt vigilias ⁊c. Secũda pars: vbi inuento deo/ deliberat
an sit eum deus reducturus. Hic autẽ primo exponit qȯ ꝓus
dixerat: exercitatus sũ: qȯ expositũ est de exercitio in con/
templatione: ⁊ de exercitio in actione. Et illa duo exercitia hic
ponit. q. d. exercitatus sum/ ad cõtemplationem/ sic/ an/
ticipauerũt vigilias oculi mei: id est ante alios surrexi
ad orationẽ ⁊ cõtemplationẽ: vt melius paratus essem. Eccĩ.
xviij. c. Ante orationem prępara animã tuam. Ad actionem
autem me exercitabam: quia f Turbatus sum/ in diuersis
occupatiõibus: sicut Martha. Luc. x. g. Sollicita es ⁊ tur/
baris erga plurima. Sed licz turbatus sim in corde: non tamẽ
prorumpo vsqȝ in verba murmuris contra deum: vel conten/
tionis cõtra proximũ: Hoc est quod sequit: g Et nõ sum
locutus. Job. vj. c. Nec fortitudo lapidum fortitudo mea:
nec caro mea ęnea. Lapis percussus non sentit: ęs percussum
resonat. Est ergo sensus: Non sum sicut lapis: quia sentio mo
lestias ⁊ turbor: sed tamẽ non sum ęneus / vt propter hoc re/
murmurem/ vel malum quid dicaz. Hic notat crux corporis/
⁊ crux cordis. Corporis/ cum dicit: Anticipauerũt vigi/
lias oculi mei. Eccĩ. xxxj. a. Vigilia honestatis tabefaciet
carnes. Crucem cordis/ cum dicit: Turbatus sum et non
sum locutus. Hęc enim magna cruciatio est. Job. iiij. a. Cõ/
ceptum sermonem tenere quis poterit? Et. xxxij. d. Plenus
sum sermonibus: et coartat me spiritus vteri mei: En venter
meus quasi mustum absq̃ spiraculo qȯ lagunculas nouas di/
rũpit: loquar et respirabo paululũ. b Cogitaui ⁊c. Qua/
si quis quereret: quando anticipans vigilias surrexeras/ quid
fecisti? Respondet: Cogitaui dies antiquos. Vel sic cõ
tinua: vt possem duos prędictos cruciatus sustinere: scz cor/
poris et cordis: cogitaui dies antiquos: in quibus prę/
miũ recipiam. Et vocat dies antiquos/ dies qui semper du/
rabunt. Unde subiun/
git: i Et annos
ęternos in mente
habui. Ps. Quia
melior est dies vna in
atriis tuis sup milia:
elegi abiectus esse in
domo dei mei. Ecce
q̃ cogitare hoc facit
pęnitentiam et laborem sustinere. Gen. xlix. c. Isachar asi/
nus fortis: vidit requiem q̃ esset bona: et terram q̃ optima: et
supposuit humerum suum ad portandum: factusq̃ est tribu/
tis seruiens. ij. Corinth. iiij. d. Id enim quod in p̃senti est mo
mentaneũ ⁊ leue tribulationis nostrę/ supra modũ in sublimi/
tate ęternum glorię pondus operabit in nobis. Vel per dies
antiquos possumus intelligere statum adę ante peccatũ: per
annos ęternos/ statũ futurę glorię. Prima cogitatio facit luctũ
et gemitum: secunda consolationem. Vel per dies antiquos:
dies in quibus peccat homo: in quibus ipse antiquatur ⁊ ve/
terascit: Baruch. iij. b. Inueterasti ĩ terra aliena: coinquina/
tus es cum mortuis. Per annos ęternos/ ęternitatẽ pęnę. Et
vtrũq̃ debet homo cogitare: scz q̃ breues sunt dies tempo/
rales/ ⁊ trãsitoria delectatio peccati: et q̃ longi sunt anni ęter/
ni pęnę interminabilis. Unde Gregorius. Momentaneũ est
quod delectat: ęternum est quod cruciat. Pro diebus enim
antiquis: ũno pro momentis antiquis in peccato/ debent an/
ni ęterni in supplicio: fm qȯ dicit Numeri. xiiij. f. Annus ꝓ
die imputabit. Qui autem vult bñ et diligenter cogitare/ tu/
multũ debet vitare: ⁊ secretum tempus ⁊ locum quęrere. Uñ
subiũgit: k Et meditatus sum nocte: Ecce tempꝰ si/
lentij ⁊ quietis. l Cum corde meo: Ecce locus aptus ad
meditãdum. Esaię. xlvj. c. Redite p̃uaricatores ad cor: ⁊ re/
cordamini prioris sęculi: id est cogitate dies antiquos. Et ad/
dit: Quoniã ego sum deus ⁊ nõ est vltra me deus. q. d. ãnos
ęternos qui sunt in dextera mea/ in mente habete. Nota/
biliter autem dicit non in corde: sed cum corde meo: Mul
ti enim meditant inania in corde suo: non tamẽ cum corde: qz
cor non discernit nec aduertit quid cogitat. Isti sunt sine cor/
de ⁊ vęcordes. Hiere. v. e. Popule stulte qui non habes cor.
Osee. vij. c. Ephraim quasi colũba seducta non habens cor.
Eccĩ. vj. c. Non permanebit in ea excors: supple in sapientia
cõtemplatiõis. Ideo bene dicit: Meditatus sum cum
corde meo: id est discrete ⁊ sapiẽter. Et quia vt dicit Sap.
ix. c. corpus quod corrumpit aggrauat animã: ⁊ terrena in/
habitatio deprimit sensum multa cogitantem: necesse est vt
frequẽter resurgat hõ: ⁊ iterũ ad cogitationẽ suã redeat. Uñ
bene addit: m Et exercitabar/ frequẽter ad meditatio/
nem rediens: ⁊ ad cor reuertens. De hoc potest cõgrue expo/
ni illud Prouerb. xxiiij. b. Septies cadit iustus/ ab arce con/
templatiõis/ ⁊ resurget/ Ecce exercitiũ. n Et scopebam
spiritum meũ: id est purgabam ab omni carnali et terrena
cogitatione ⁊ affectione. Scopere enim ꝓprie est/ vt dicitur/
carnem de extalibus animaliũ separare ⁊ abradere. Hoc pe/
tebat dauid in se fieri/ cum dicebat: Cor mũdum crea in me
deus: ⁊ spm̃ rectũ innoua in viscerib̃ meis. Vel sic: m Ex/
ercitabar: vt supra dictũ est/ ĩ actiua: quod bene sequit post
meditationẽ: vt semp simul veniant duę sorores/ lia ⁊ rachel:
martha ⁊ maria. De qua exercitatione. j. Timoth. iiij. c. Ex/
erce teipsũ ad pietatẽ. n Et scopebam vel scopabam/
p cõfessionẽ: o Spiritum meũ/ ab inmũdicijs peccatorũ
venialium quas cõtrahit spiritꝰ. Uenialiũ dico: quia in iusto
et trãsiliente/ mortale nõ cadit. Et de mortalibus non diceret
scopebam vel scopabã: quia nõ scopat lutum de claocis
vel fossis: sed tenuis puluis de pauimẽto. Luc. xj. d. Inuenit
domũ scopis mũdatã ⁊ ornatã. Mũdatã scopis q̃tidianaꝝ
cõfessionũ/ ⁊

a mẽmor fui dei et dẽlectatus
b sum: ⁊ exercitatus sum ⁊ dẽ/
c fecit spiritꝰ meus. Anticipã/
f uerũt vigilias oculi mei: tũr/
g batus sum et nõn sum locu/
b tus. Cõgitaui dies antiq̃s:
i ⁊ annos ęternos ĩ mẽte ha/
k bui. Et mẽditatꝰ sum nocte
l cum corde meo: et exercita/
m bar et scõpebã spiritũ mẽũ.

Al. garriui

et vocis inimici

†Ps. 85. Al. tãnoꝝ eternozũ memor fui Al. garriebã et scrutabar

Aliter

Scopere q̃d sit

Ps. 50.

confessionũ/ꝛ ornatam virtutibus. Esa.xliij.f. Scopabo eam in scopa terens dicit dominus: id est prius teram ꝛ cõminuam glebas per contritionem: et postea scopabo per confessionem. Notanduꝫ q̃ multę sunt ꝓprietates scopę: quare per scopam significat cõfessio: quę notant his versib⁹: De virgis/pãnis/loca plana/noti vice/verrit. Dum purgat/fedat: pellit pulices et aragnem. Scopa iuuatur aquis: sonat ꝛ ferit et lauat aras. Hęc omnia conueniũt confessioni: Quia sic scopa fit de virgis arborũ inutilium.s.myricę ꝛ taliũ: sic confessio de peccatis quę sunt infructuosa et nociua. Roma.vj.d. Quem fructũ habuistis tũc in his in quibus nũc erubescitis? Luc.xvij.c. Dicatis serui inutiles sum⁹. Item scopa ad mũdandum furnos fit de pannis: similiter de veteribus peccatis/hoc est/de eis quę ꝓcedunt nobis a corruptione veteri fomitis: debemus cõfiteri ad mũdandum furnos cõcupiscentię. Item loca plana purgat scopa: similiter cõfessio planas conscientias: nõ scrupulosas/in quibus semp remanent aliquę sordes. Hiere.lj.a. Curauimus babylonẽ ꝛ non est curata. Item scopa est vice noti: ꝛ confessio spiritussancti. Cant.iiij.d. Veni auster perfla ortum meũ ꝛ fluant aromata illius. Item confessio sicut scopa verrit: id est simul omnia trahit: Ideo dicit cõfessio/quasi simul omniũ fassio. Item purgat. Ecci.xxxj.c. Surge e medio ꝛ vome. Et dum purgat confitentẽ/quãdoqꝫ fedat sacerdotẽ: quia excitat in eo motus cõcupiscentię: Quia sicut dicit Gregor⁹: difficile est fontẽ non turbari in quo sordes lauant. Sed in bonis sacerdotibus ꝛ fortib⁹/hęc ipsa turbatio meritoria est/dum fortiter resistunt. In malis autẽ mortifera est/dum cõcupiscentijs suis cõsentiunt: Ideo cauẽdum est/ꝓcipue mulieribus/ne sacerdotibus malis ꝛ lasciuis confiteantur. Ecci.iiij.d. Non cõfundaris confiteri peccata tua/ Hic cõfessio suadet: Et ne subijcias te omni homini ꝓ peccato: id est non confitearis indifferenter cuilibet sacerdoti. Hęc cautela indicit/Ecci.xxxvij.b. A cõsiliario malo serua animã tuam. Item pellit pulices: id est temptationes quę frequẽter saliunt et redeunt: et nigrę sũt ꝛ mordaces et omnibus cõmunes. j. Reg.xxiij.c. Quẽ ꝓsequeris rex israel: quẽ persequris: canẽ mortuũ ꝛ pulicẽ vnũ? Sacerdos est rex israel: qui debet persequi canẽ mortuũ/et pulicẽ: canẽ scz peccatorẽ vel peccatum: ꝛ pulicem/scz temptationem. Item pellit aragnem: id est telam aranęę quę capit muscas. Hęc est auaricia quę est tela aranęę: id est cupidi. Vel auaricia est aranea quę texit multas telas: scz telã furti/rapinę/vsurę/doli/periurij/mendacij. Hęc pellit confessio. Unde Luc.xix.b. dicit zachęus: Si quid aliquem defraudaui/reddo quadruplum. Zachęus interpretat iustus consilio: ꝛ significat confitentẽ/quem consiliũ sacerdotis iustificat: vel deus per consiliũ illud. Item scopa confessionis/iuuatur aquis lachrymarũ. Ps. Lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo. Item sonat/sed submissę: et confessio submissa voce profertur. Prouerb.xx.a. Sicut aqua ꝓfunda: sic consilium in corde viri: sed homo sapiens exhauriet illud: id est confessor discretus. Job. xxvj.d. Obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus. Item ferit: id est accusat. Ps. Dixi cofitebor adversum me iiusticiã meã ꝛc. Item lauat aras: sicut est ĩ die cęnę: et confessio lauat corda super quę offerunt deo sacrificia. Hieremię. iiij.d. Laua a malitia cor tuum. Hoc est quod dicitur hic: Scopebam spiritũ meũ: id est non tm̃ corporalia vitia: sed etiam spiritualia. Et notandũ q̃ cum scopat area/surgit puluis ꝛ volat in oculos: sic accidit plęriscꝫ qui de sua confessione vel pęnitentia superbiũt: et vnde deberent lauari/sordidant: et vnde deberent illuminari/excęcant. a Nunquid in ęternũ proijciet deus ꝛc. Supra dixerat: meditatus sũ: hic aperit q̃d meditatus sit.s.hoc: Nũquid in ęternũ proijciet deus/hominẽ.q.d. hoc mecum deliberans quęrebam: vtrum deus ꝓijceret hominẽ peccatorem in ęternũ: sed declinabã in alteram partẽ.s. q̃ non. Hoc est q̃d dicit: Nũquid proijciet? q.d. nõ. Interrogatio enim facta per nũquid: supponit frequẽter negatiuam: Facta autem per nonne: supponit affirmatiuã. Illos autẽ ꝓcipue nõ proijcit domin⁹ qui faciunt ea quę ꝓmissa sũt in ꝓcedenti versu: qui.s. confitent peccata ꝛ de deo meditant. Unde Hiere. xliij.d. Nũqd ꝓijciens abiecisti iudã: aut sion abominata ẽ aia tua: id est actiuos ꝛ contẽplatiuos. q.d. non. Propter hoc dicit: Nũquid in ęternũ ꝓijciet deus. q.d. etsi ꝓijciat ad tempus vt corrigat: non tamẽ in ęternum ꝓijcit: sed reuertẽtibus ad se veniam dat. Unde addit: b Aut non apponet: id est addet: c Aut cõplacitior: id est benignior et magis placatus sit adhuc q̃ modo sit. q.d. imo apponet vt medicus medicinã ad morbum ꝛ placabit. Esaię liiij.b. Ad punctum in modico dereliqui te: et in miserationibus multis misertus sum tui. Threñ.iij.d. Nõ repellet in sempiternũ dominus: quia si abiecerit ꝛ miserebit. Ostendit aut q̃ deus miseretur. Primo per naturam miserendi/cum dicit: Nũquid in ęternũ proijciet deus? q.d. non: quia non ẽ sicut struthio: De qua dicit Job.xxxix.b. q̃ derelinquit in terra oua sua: ꝛ obliuiscit q̃ pes cõculcet ea: ꝛ durat ad filios suos quasi non sint sui. Eccĩ.iiij.b. Qui vigilauerint ad illam cõplectent placorem eius. i. pęnitentiã agẽt quę placat deũ. Exo.xxxij.d. Placat⁹ est dñs ne faceret malũ quod locutus est. Ps. Cõplaceat tibi dñe vt eruas me. Daniel.ix.e. Placare dñe: attende ꝛ fac. Hiere.xviij.b. Si egerit gens illa pęnitentiã ꝛc. Secũdo ꝓ effectũ miserendi/cum dicit: Aut nõ apponet vt cõplacitior sit adhuc. Tertio idẽ pbat ꝓ cõsuetudinẽ miserendi. Unde subiũgit: d Aut in finem misericordiã suã abscidet/qui videlicet ante nõ abscidit eam: q̃ misericordia dñi plena est terra. Et loquit de dei misericordia/quasi de tela quę ĩ fine abscidit. Domin⁹ em̃ diuersis miseratiõibus quasi filis texit telam misericordię: et semp texuit eam. Ps. Remiscere miserationũ tuarũ dñe ꝛ misericordiaꝫ tuaꝫ quę a seculo sunt. Hoc est quod hic subiungit: e A generatione.s.pma: f In generationem.s.vltima. Threñ.iij.c. Non defecerũt miserationes eius. Esa.lxiij.d. Ubi est ẕelus tu⁹/ꝛ fortitudo tua: multitudo viscerũ tuorũ ꝛ misericordiaꝫ tuarũ? Quarto ꝓ scientiã miserendi/cũ dicit: g Aut obliuiscet misereri deus. q.d. non. Nõ enim posset obliuisci q̃d tam sępe recordat. Tũ Job.xxiiij.d. Obliuiscat eĩ⁹ misericordia. Sed causã supponit/dicẽs: Dulcedo illi⁹ vermis. Esa.xlix.d. Nũquid obliuisci põt mulier infantẽ suũ vt nõ misereat filio vteri sui: ꝛ si illa oblita fuerit/ego tũ nõ obliuiscar tui. Quãto ꝓ ꝓpetatẽ miserẽdi/cũ dic: h Aut cõtinebit in ira sua misericordias suas: sicut fons dr̃ cõtinere aquã/qñ nõ emittit ex se riuulos. Uñ cõtinere in gallico dr̃ estanchier. Esa.lxiij.d. Multitudo miserationũ tuaꝫ sup me cõtinuerũt se. Sz sic nõ cõtinet dñs miscõiaz in ira: q̃ etiã iratus miserek: q̃ vel corrigit/vel minus punit. Abacuk iij.a. Cũ irat⁹ fueris misericordię recordaberis. Ps. Iratus es ꝛ misert⁹ es nobis. Job.xij.c. Si cõtinuerit aquas/oia siccabunt: si emiserit eas/subuertẽt terrã. Aqua ẽ dei miscõia: q̃ subtracta hõ remanet aridus. Si aut effundat miscõia abũdãtię tpalis/obliuiscit dñi ꝛ suij psi⁹. Ideo dicit. Esa.xxvj.b. Misereamur impio ꝛ nõ discet facere iusticiã. Dñs tãtę misericordię ẽ q̃ etiã dũ pcutit malos/nõ põt totã miscõiaz ꝓtinere. Uñ Gen.xix.f. Cũ subuerteret dñs ciuitates regionis illi⁹ recordatus est abraę: et liberauit loth de subuersione vrbium in quibus habitauerat. Gen.viij.a. Recordatus est domin⁹ noe cunctorũq̃ animãtiũ. Sed quãdo tardat misereri/videt oblitus. Unde Threñ. vlti.d. Quare in perpetuũ obliuisceris nostri et derelinques nos in longitudinem dierum? Hęc ergo oia sub interrogatione: nõ dubitando/sed deliberando/dixit. Unde subiungit quid deliberando inuenerit/dicens: Et dixi

Nota ꝓprietates scopę cõuenientes cõfessioni

Al. †Non repellet

Al. †beneplaceat ei

a †Nũquid ĩ ęternũ† proijciet
b deus: aut non apponet vt
c †cõplacitior sit adhuc. Aut
in finem misericordiã suam
d abscidet: a generatiõe in ge-
e nerationẽ. Aut obliuiscetur
b misereri de⁹: aut continebit
ĩ ira sua†misericordias suas.

Ps.6.

Ps.31.

Ps.59.

Ps.32.

Ps.24.

Ps.59.

Al. †miser.

a Et dixi/nunc cępi ꝛc. Hęc est tertia pars: vbi sicut di
cum est ostendit quid deliberãdo inuenerit. Unde dicit: Et
dixi: id est post deliberationẽ in hoc determniate cõsensi: qz
b Nunc cępi: scilicet intelligere q̃ semper fuerat occultũ:
sez q̃ homo pueniat ad ęternitatẽ. Uel sic: Nunc cępi: id ẽ
quicq̃d modo habeo
non est nisi p̃ncipiũ:
sed tandem in futuro
erit perfecta consum/
matio. Et c Hęc
mutatio/ qua de nõ
sciente mutat⁹ sum in
scientem: vel de inci/
piente mutabor in perfectũ: est ꝛ erit d Dexterę excel/
si/ diuini videlicet muneris/ non mei meriti. De primo. s. de
scientia vl̃ de doctrina q̃ sit dexterę excelsi/ habek Mat.
x. a. Gratis suscępistis scilicet scientię donũ/ gratis date. De
secũdo/ scilicet de p̃sũmatione/ Phil. ij. b. Uestram salutem
opamini: deus est enĩ qui operak in vobis ꝛ velle ꝛ perfice/
re pro bona voluntate. Titũ. iij. b. Non ex operib⁹ iusticię q̃
fecimus nos: sed p̃m suam misericordiã saluos nos fecit. Itẽ
in persona nouiter conuersi ad pęnitẽtiã potest legi: a Et
dixi/ nũc cępi: id est incępi esse: quia ante non eram: Pec/
catoz enĩ vere non est. Job. xviij. c. Socij eius qui non est.
Hiere. xxxj. c. Rachel plozans filios suos ꝛ noluit consolari
quia non sunt. Sed tunc primo incipit eẽ hõ: quãdo deo qui
est vita incipit adhęrere. Uel/ Cępi/ a capio capis: id ẽ nũc
primo accępi: quia antecq̃ homo ad deum cõuertak nihil ca/
pit. Job. xvj. e. Usq̃ modo non petistis quicq̃ in noie meo:
petite ꝛ accipietis. Licet enĩ tempalia ante capiant/ nihil ca/
piunt: quia illa nihil sunt. Eccj. xxxiij. a. Sicut qui apprehẽ
dit vmbram et sequik ventum: sic qui attendit ad visa men/
dacia. c Et hęc mutatio/ q̃ hõ. s. incipit esse vl̃ capere: ẽ
dexterę excelsi/ vt sup̃ expositũ est. Roma. ix. c. Non est
volentis neq̃ currentis: sed dei miserentis. Item in persona
perfecti se humiliantis potest legi: a Et dixi. q. d. multa
bona supra narraui de me a p̃ncipio psalmi: sed tñ ea nihil re/
puto: quia/ Dixi: id est apud me cogitaui: b Nunc cę/
pi. Luc. xvij. c. Cum omnia bona feceritis: dicatis serui in/
utiles sumus. Eccj. xviij. a. Cum consũmauerit homo/ tunc
incipiet. Greg⁹. Nescit mẽs per tozpozem veterascere/ q̃ sem
per studet per desideriũ inchoare. Et ne fortassis etiaz istud
